



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis  
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -  
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio  
Leodii, 1709**

Caput XXX. Humanæ legis obligatio tribus præcipuè modis cessat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](#)

## C A P U T   X X .

*Humana legis obligatio tribus pricipue  
modis cessat.*

**238** *P*rimò , per expressam , vel tacitam Legillatoris revocationem . Quia lex pender à voluntate ipsius .

**239** Secundò , per materiae mutationem , si nempe materia legis 1°. de licita & utili (ob advenientes circumstantias ) fiat illicita , vel damnoſa & noxia . Quia lex nequit ad illicitum & noxiū obligare . Unde ceflat obligatio reddendi depositum , quando repetitur ad injustum documentum alicui inferendum . 2°. si fiat impeditiva majoris boni , vel alterius legis magis obligantis . Tunc enim debilior cedere debet fortiori , lexque minoris boni , vel charitatis , cedere debet legi majoris boni , vel charitatis , sicut minus bonum cedere debet majori bono . 3°. si fiat nimis moleſta , & diſſicilis . Quia lex humana , sicut in principio , sic in decurſu effe debet humana , & moraliter poſſibilis .

**240** Tertiò , per cessationem finis adæquati ipsius . Quia finis adæquatus legis , est velut fundamentum & anima legis . Destructo vero fundamento , corruīt ædificium , ceflanteque anima legis , lex emoritur . Id tamen intelligendum de cessatione finis legis in communi , ſive reſpectu Communitatis , non in particuli , ſive reſpectu alicujus particularis . Nunquam enim finis legis , latet in generale bonum Communitatis , vel ad removendum malum , vel periculum aliaſ imminens multis de Communitate , ceflat reſpectu alicujus particularis , niſi ceflet reſpectu Communitatis , uti proximè patebit .

## C A P U T   X X I .

*Finis legis late in bonum generale Communitatis , vel ad removendum malum , ſeu periculum aliaſ imminens malitiae de Communitate , nunquam ceflat in particuli , niſi ceflet in communi . Infundat a proinde eſt opinio plurimorum Recemiorum , quod lex ceflet in particuli , ceflante fine legis in particuli , quodque leges in presumptione fundatae , ceflent in caſibus particularibus , in quibus particulariter falſa eſt preſumptio .*

**241** *J*ulius Mercurus in præfatione libri ſui , cui titulus , *Basis Theologia Moralis* , ſapienter obſervat , multos in Theologiam Moralem abuſus , multas videlicet opiniones nimis laxas irrepofſe , ſub vano prætextu ceflantis legis in particuli , ob cessationem finis .

Nec dubium , plures ſimiliter irrepofſe , ſub vano prætextu , quod leges in præumptione fundatae , ceflent in caſibus particularibus , in quibus particulariter falſa eſt præsumptio . Cujus prætextus vanitatem ſi per-

## Liber Primus.

ſpectam habuifet Diana p. 1. tr. 10. reſol. 28. non dixiſſet , ex illo principio , ſeu prætextu , multos quotidie ſcrupulos in praxi a Confefſariis tolli poſſe .

Prætextuum quippe illorum vanitas multipliſciter oſtenditur . 1°. Quia non omnium , que à Majoribus conſtituta ſunt , ratio ad aquata redi poterit ; rationesque eorum que conſtituuntur , inquire non oportet ; alioqui multa ex iis , que certa ſunt , ſubverterentur . L. 19. & 20. ff. de legib .

2°. Quia finis legis raro exprimitur in lege , nec exprimi debet ; nec noſtrū eſt de eo judicare , ſed in dubio legibus obedire (ſecundūm Auguſtinum relatum can. in iſis diſt. 4. Non debemus judicare leges , ſed ſequendām leges ) vel faltem ad Superioris declarationem recurrere ; non autem ſub ceflantibus finis legis , vel ſub falſae præumptionis prætextu , propriā authoritate , nos à lege eximerē . Ut enim dicitur §. rurſus Instituto de uſuacionibus , liceat ratio uſuacionis ceflet in abſente Reipublica caſa , tamen aduersus uſuacionem reſtitutio à Superiori imperanda eſt .

3°. Finis legis , de qua in aſſertione , non eſt vitio mali particulariter , ſed communiter alioqui imminentis ; vel quia ſciliēt niſi hoc vel illud omnibus universum præcipiat , vel prohibeat , multa mala , ſeu inconvenientia contingent in Communitate , quæ Legiſlator in commune bonum vult avertere : ſiquidem in condendis ejusmodi legibus , Legiſlator non attendit ad id quod accidit particulariter in me , vel in te , vel in omnibus , ſed ad id quod accidit communiter , vel in multis , uti docet S. Thomas 1. 2. q. 84. a. 1. ad 3. q. 90. a. 2. q. 96. a. 1. & 6. & 2. 2. q. 147. a. 4. ubi ſic : Statuta communia proponuntur ſecundūm quod multitudini convenient . Et idē Legiſlator in eis ſtatuerit attendit id quod communiter & in plurimis accidit . Enimvero jura conſtitu oportet in his qua ſepiuſ , vel communiter accidunt . L. jura ff. de legib . Ratioque ſufficiens ad præcipiendum vel prohibendum omnibus , eſt quia alioqui tale vel tale malum , vel periculum continget in multis , v. g. periculum perverſionis ex lectione librorum hæreticorum . Ratio proinde ſufficiens ad prohibendum omnibus lectionem iſtam , eſt quia niſi lectione iſta prohibeat omnibus , periculum eſt ne multi ex eorum lectione pervertantur . Neque enim Legiſlator attendit periculum , ne ite vel ille particulariter pervertatur (hoc enim ut plurimum ſcire non poterit ) ſolum igitur attendit periculum , ne multi de Communitate pervertantur . Si enim hoc prudenter judicet , lectionem illam omnibus prudenter interdictit .

Finis proinde legis , de qua in aſſertione , numquam ceflat in particuli , niſi ceflet in communi . Cujus oportitum dum ſupponit opinio triginta Doctorum ( apud Dianam ſuprā dicentium , Ceflante fine legis in particuli ,